



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

10. Crimen Incendiarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

de Priuilegiis. l. 5. tit. 7. Ex Be-
nedicto 9.

Nec reseruatur sola dispensatio
irregularitatis, sed ipsum etiam
peccatum, à quo tamen reus ab-
solui potest à iudice competente
ante dispensationem ab Irregula-
ritate, sæpè enim quis, v. g. à pec-
cato homicidii, mutilationis, hæ-
refoes, absolvitur, cùm tamen cum
illo sæpè post annum, aut seriùs
dispensari soleat in irregularitate
contracta.

I X. Crimen graue, & scan-
dalosum, ob quod olim publica
pœnitentia fuit imposta *Concil.*
Carthaginense. 3. *Can. 3.* uti sunt con-
cubinatus notorius, blasphemia,
adulteria publica. *vide Henrīq. l. 2.*
de pœnitent. c. 21. *Concil. Trident.* *S. ff.*
24. c. 8.

X. Peccatum Incendiarii, qui
ædes, segetes, aliaque ex propo-
sito

sito flammis subiicit animo, v. g.
nocendi, vindicandi. Incendiari-
rius non est (probabiliter) ex-
communicatus de facto, sed venit
denuntiandus, aut excommuni-
candus, & tunc excommunica-
tio reseruatur Papæ, nec est ab-
soluendus sine cautione iuratoria
nunquam faciendi similia. Exten-
dunt alii etiam ad consulentes,
auxiliantes, moraliter scilicet &
iniuste ad incendium influentes,
v. g. ignem, aliamque materiam
parantes.

Citat. l. 3. c. 12. & 21. q. 8. Cap.
Peſimam. vbi iubetur incendiari-
us excommunicari, si malo stu-
dio, id est, ex odio, libidine, vin-
dicta ignem apposuit, nec tūm ab-
solui potest, niſi & dampnum se-
cundum facultatem se compensa-
turum, aut talia non repetiturum
iuret.